

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]  
Roma=||norum libellus**

**L. <Fenestrella>**

**Basileae, 1523**

De auguriis. Caput IIII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

## DE SACERDOTIIS RO.

quos susceperat, unum morte amisisset, Romulum in de  
mortui locum adoptionis iure substituisset, decedens ta-  
men populū Romanum instituit heredem. Cuius tādē  
liberalitatis regias affinitates memor populus Ro. mulie-  
ris nomen in Fastis retulit, liberos fratres aruales à se-  
rendo, & ab aruis appellauit. Ex quo tempore sacerdo-  
tium mansit fratrum arualium, hiq; duodecim numero  
dicuntur, eiq; sacerdotio in insigne tribuit albas insulas,  
& spiceam coronam.

*Annal. 6 v*

*Numer 9*

*Fasti 9*

## DE AVGVRIIS.

### CAPVT IIII.

**E**odem ferè tempore, & disciplina, & religio au-  
guradi ex Ethruscis, penes quos ea disciplina præ-  
cipua, ac longè peculiaris fuit, ad Romanos con-  
migravit. Virum enim quempiam, cuius nomen uetusta-  
te obsoleuisse Naso poëta ait, asyli (ut reor) alliciente  
inductione, exulem Ethruria Romam uenisse perhibet. *Fast. 2.*  
Cuius opera Romulum Remumq; usos, cū de imponen-  
do urbi nomine unà contenderent opinione deducor, q̃q̃  
M. Cicero in his libris, quos inscripsit de diuinatione, eti-  
am ipsum Romulū istam ipsam auguralem disciplinam  
præcoluisse asserit. A Numa uero qui Romulo successit,  
perpetuū sacerdotiū insigne constitutū est. De ritu uero Inaugurandi  
si unum in casum pleraq; dixero, eadem ad di ritus.

*Lib. primo*

## F E N E S T E L L A

Aug

Lituum.

omnes ceteros facile fieri poterunt. Ea quidem quantum ex ueterum monnmentis collegi, huiusmodi fuit obseruatio. Augur in arce siue in editum quendam locum ad inaugurandum debebat sedere super lapidem meridiem uersus, atq; ad læuam sedens baculum in manu recuruum, quod lituum uocant, tenet. Inde ubi prospectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinat, dexteris ad meridiem, læuas ad septentrionem partes esse dicit. Signum quod contra oculi cōspectum longissime ferunt, animo desinit, tum lituo in læuam translato dextra in caput eius, qui inauguratur posita, ita precatur. Iupiter pater si fas hunc Numā Pompiliū, cuius ego caput teneo, regem Romæ esse, uti nobis signa certa ac clara sint inter eos fines quos feci. tum

Ex Liuiō peregit uerbis auspicia quæ mitti uellet, quibus missis Numā de templo (ita enim designatas lituo æthereas regiones uocant) declaratus rex descendit. Quā quidem declarandi seu inaugurandi regis formulā, ad cetera quæque, ut dixi, trahi facile licet. Huic discipline, peritia

Actius Nauius.

augur  
ignominie

Actij Nauij auguris permultum fidei, autoritatisq; accessit. Nam cum Priscus Tarquinius aliqua præter maiorum instituta inaugurato mutare, pleraq; etiam de nouo condere pergeret, negare Actius Nauius inclutus ea tempestate augur, inauspicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludens artem, ut ferunt, agendum, inquit diuine in augurio, fieri ne possit, quod ego nunc mente

concipio. Cum ille in augurio rem expertus fieri posse dixisset, atqui hoc animo agitavi, inquit, te nouacula cotem discissurum. Cape ergo hoc, & perage, quod aues tuæ fieri posse portendūt. Tum illum incunctanter discississe conscripserunt, statuatq; Actij Nauij capite uelato, quo in loco res acta est in comitio, in ipsis gradibus ad leuam positam fuisse, coteq; eadem cum illa ipsa nouacula in manibus posita, ut eius rei etiam apud ueteres monumentum existeret. Augurijs ergo, sacerdotioq; augurum, ut ait Liuius, etiamq; in libris de diuinatione Cicero, tantum autoritatis & uenerationis accessit, ut nihil domi forisq; postea, nisi auspicato gereretur. Et ad sapientie nobilitatisq; primarios quosq; id sacerdotium deferunt. Et cum Tiberius Gracchus pater Tiberij, & C. Gracchorum comitia consularia habuisset, dicerentq; Ethrusci augures rem in augurio experti, uitio consules creatos fuisse, Gracchusq; ut ineptos, insanosq; Ethruscos incesse, abiens in prouinciā senatui rescripsit, ueridicos, non autem insanos Ethruscos esse, qui consules presentes uitio à se creatos dicerent. Nam cum se collegisset, meminisse se locum tabernaculo extra pomerium præter maiorum consuetudinem delegisse. Quamobrem abdicare se consulatu compulsi sunt. Vt aut uenerandini autoritasq; ita & numerus ipse adeo cre collegium augurum coleretur. Nam cum ab initio tres tantum creari cœpissent, ex tribus scilicet tribu

Augurum  
collegium